



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Anselmus Cantuariensis Archiepis. 21. Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

mum scelus se abduci pateretur. Puer autem viso iudice exultabundus, ut potuit, sui liberationem postulabat: sed iniustus iudex victus amore pecuniae, pueri preces neglexit. Tū puer: Si tu mihi, inquit, opitulari nō vis, opē mihi ferat benignus Deus & sanctissima mater eius. Iudice igitur muneribus corrupto, puer à Iudeis imperfectus est, eiusq; cadauer in cryptā quandā prope Baccaracū coniectum, præclaro ibidem lumine noctu conspecto vigilantibus innotuit, & rei compertę admirationem, odor gratissimus ē cadauere exhalans, & multa ad tumulum huius martyris facta miracula cumularunt.

DE S. ANSELMO CANTVARIENSI

*Archiepiscopo. 21. Apr. Sur. Tom. 2.**Pintu.**Morum in-
tegritas.**De vita sua
et liberata.*

S Anselmus & natalibus & virtute verè nobilis, cum immortalem gloriā cupidius à teneris vnguiculis meditaretur, maternis adhortationib; pias aures lubens cōmodabat, & morū probitate alios in sui amorem rapiebat. Traditus dein literis mirū quātum p̄ficiebat. Necdū etatis annum 5. & 10. attigerat, & iā quo pacto diuinis sese obsequijs dederet, quodue genus vitæ deligeret matura cōsultatione pertractabat, vnde in eū sensum venit, nihil vita monachorū esse præstantius: Huius igitur cōuersationis amore ductus, ad Abbatem quandā peruenit, & sacro eius cōtubernio petijt sociari. Qui illum semel iterumq; rogitantem, Deo sic disponente, remorans cunctabatur.

Cœpit

Cœpit vero interea corporis vigor, iuuenilis
 ætas, & seculi prosperitas haud modicè ei ar- *Nuntiat in*
 ridere, & paulatim conceptus animi feruora- *proposito.*
 deo à religioſo proposito tepeſcere atq; de-
 fluere, vt iam vulgaris ipſi hominum vita præ
 cælibatu monastico allubefceret. Studiū quo- *Indulget*
 que literarū, in quo ſe magnopere solebat ex- *vaniatati.*
 ercere, ſenſim vanitatibus poſtponere, ac iu-
 uenilibus ludis cœpit operam dare. Verunta-
 men pia dilectio, & diligens pietas, quas in ma-
 trem ſuam habebat, nonnihil eum ab iſtis re-
 stringebant. Defuncta illa, illico nauis cordis
 eius, quaſi anchora perdiſta, in fluctus ſeculī
 penè tota dilapſa eſt. Sed omnipotens Deus,
 præuidens quid de illo facturus erat, ne ani-
 mam ſuam, pace transitoria potitus, perderet,
 infelſū ei & infeſtinum bellum generauit. Pa-
 ternus enim animus tāto aduersus iſpum odio
 inflāmari cœpit, vt omnes iſpius actiones bo-
 nias iuxta ac malas, perperam infectaretur. Vi-
 dens igitur parentem ſua humilitate peiorem
 euadere, neq; leniendi iſpius animi vllam ap-
 parere rationem elegit potius paternis rebus
 ac patriæ renunciare, quam funesta cohabita-
 tionē famam parentis ſui in diſcriumen addu-
 cere. Deinde vero ad apicem perfectionis cō-
 tendens, & velut certis gradibus ascensum pa-
 trans Lantfranco viro doctissimo atq; integer-
 rimo ſe erudiendum dedit, tandem in Mona-
 ſterio Beccensi futuræ ſanctitatis egregia iecit
 fundamenta.

*Patris au-
ſteritas mea
lioris vita
occasio fuit*